

## **Terms and Conditions**

The Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept there Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Library

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

### Imprint:

Director: Mag. Renate Plöchl

Deputy director: Mag. Julian Sagmeister

Owner of medium: Oberösterreichische Landesbibliothek

Publisher: Oberösterreichische Landesbibliothek, 4021 Linz, Schillerplatz 2

### Contact:

Email: [landesbibliothek\(at\)ooe.gv.at](mailto:landesbibliothek(at)ooe.gv.at)

Telephone: +43(732) 7720-53100



I D Y L L I O N.

Curator Kepleriades, lima<sup>q</sup> reformet  
Corpus in eximium, membris pulchrè omnibus  
aptum.

IV. Tabulæ cō-  
summate &  
excusæ in  
Typograp.  
Vlmensi.

Dextra docet regio, postquam discessit ab oris  
Austriacis Keplerus adit<sup>q</sup> Suevicæ rura,  
Qui Tabulis suprema dies quæ lucis in auras  
Tandem prodirent, advenerit. Ecce! quod

ULMÆ

CALCOGRAPHION, amat Lucinae munus  
obire,

Provolet in terras magnum orbis ut incre-  
mentum.

Præla calent, sudore fluunt tabentia membra,  
Hinc sitiunt opera, neq<sup>q</sup> dant sitientibus, undæ,  
Quod satis est: Zythiq<sup>q</sup> liquor, Bacchiq<sup>q</sup> meracū  
Fessa ministerijs reficit, reparatq<sup>q</sup> labori

V. Vbi etiam  
typos cōtu-  
lit Keplerus

Corpora. Postremus paries sub lumina ponit  
Distinctā forulis capsam, quibus omnis abunde  
Diribita est, veluti per diversoria, Cadmi  
Progenies, vel adhuc pugnax, Keplerus eidem,

Nec nimium tumido spiraret prælia fastu,  
Ipse suos miscet Numerorum è gente maniplos.  
Atq<sup>q</sup> hæc ingenia ut sociaret fœdere amico,  
Omnigenis semper demensa diurna peregit

Vnicâ lecti-  
one Typo-  
theta usus.

Gestibus, assiduo distentus membra labore  
Noricus exstructor: modo lumen exta tuendo  
Obliquo, incurvis modò ventrem anfractibus  
urgens,

Dum dextra ex oculis raperet, caperetque sini-  
Quod norma insertū versus produceret aquos:  
Hæc cunctim quæcunq<sup>q</sup>, lubens emblemata  
pinxi,

Reditus ad  
Metam &  
apicè Tecti.

Spectator, lecto assumit Regina triumpho  
Vranie, Viden, ut summâ sanctissima Meta  
Exiliat, propiusq<sup>q</sup> ruens prænuncia mittat  
Indicia, æthereæ rorantem lampada nubis:

ASTRO-  
NOMIÆ  
instauratæ  
Triumphus

Sicut ob Oceani thalamis Aurora resurgens,  
Quæ spargit roseas per nubila tenuia flâmas?  
Iamq<sup>q</sup> Dea in media Divarum vertice summo  
Se ostentat, nitido plaususq<sup>q</sup> remittit Olympo.  
Quid referam ornatum? quid dignos æthere  
gestus?

Purpureâ velata stolâ folio eminet alto:  
Imposuitq<sup>q</sup> comis radios, & sidera Divûm:  
Cuncta micant auro, & flammæ imitante pyr-  
opo.

Ipsa gerit dextra, quam jactat ad æthera, haurû,  
Armigeram summi Iovis oratura volucrem.  
Debita si satis monumenta æterna requirat;  
Huc oculos flectat, huc sceptrâ benignaq<sup>q</sup>, ver-  
tat:

Auspicia à magno dudum capta esse Brabéo,  
Quem rerum Pater ex humili subduxerit ora,  
Cælorum ut cultor fruere tur munere cæli:

Tum satis à Kepleriade, quæ cæpta, politis  
Illa ex aucta modis optatam attingere metam.  
Hinc sibi ab antiquis quæ non potuere parari  
Ornamenta, novo tradidit pulcherrima mundo,  
Munificè DIVUM rebus fuisse RUDOL-  
PHUM,

Instaurati-  
onis patro-  
ni Opt.  
Max III.  
IMPPP.

MATTHIAM paribus promotum nutibus  
isse

Cælestes operas: ambos tamen ultima passos  
Ante quod in summis habeant mortalia votis  
Pectora, FERNANDO cecidisse: huic denique  
aurum

Debere, huic si quis licitū gaudere, triumphos.  
Hæc Regina, quibus dictis mox altera pandit  
Alituum Reginae piæ clementior alas  
Annuit atq<sup>q</sup> operis, sceptrâ cunctatibus aureo.

Privilegia  
Keplero cō-  
cessa.

Nec tantū Regesve, Ducesve, aut orbica spōdet  
Munera pro meritis, auctoramenta q<sup>q</sup>, famæ,  
Præsidiumq<sup>q</sup>, laros scriptorum adversus hiâtes:

Quin etiâ AUGUSTI, cujus sedet ales in aula,  
Propitium ostendit, semper memorabile nume.  
Argumenta rei spargit certissima numos;  
Cæsareos vultus, argenti & ductulis auri  
Signatas parci cætus solamina, massas.

Cæsarea  
munificen-  
tia.

Hæc super VRANIE TEMPLE lusisse  
juvabat,

Quod KEPLERIADES leto nunc thure va-  
porat,

O utinam jussæ moveant divinitus Hore,  
Ut mediter, sortis post vulnera, sostra Thalæ.

F I N I S.

INDEX.